

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes  
Antiqvae Libri Dvo**

**Suarès, Joseph Marie**

**Romae, 1655**

De C. Mario C. Filio, Praenestes obsidione, ac excidio à Sylla. 29

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11894**

*De C. Mario C. F., obsidione,  
& excidio à Sylla.*

## CAPVT XXIX.

**E**ORTVNAE quidem templo clara fuit  
Præneste, sed infortunio, atque clade Ma-  
riana nobilissima. Sanctus Augustinus il-  
lius meminit hisce verbis, quæ supra in-  
nuimus. In cæde, atq; proscriptione Syllana subbastatæ  
sunt etiam tamquam villæ quædam nobiles Ciuitates, <sup>1.2. de Ciuit.  
Deic. 28.</sup>  
una verò, velut unus reus duci iuberetur, sic tota iussa  
est trucidari. Florus exprimit contrahens more suo.  
Syllæ iussu municipia Italiae splendidissima subbastæ ve-  
nierunt Spoleto, Præneste. tum subiungit quatuor <sup>1. 3. c. 2.</sup>  
mille ciues Prænestinos in via publica cætos. Seneca  
exclamat. Ingratus Sylla, qui patriam durioribus re-  
medijs quam pericula erant, sanavit. qui cum à Præ- <sup>lib. 5. de Pe-  
nific. c. 16.</sup>  
nestina arce usque ad Collinam portam per sanguinem  
humanum incessisset, alia edidit in Urbe prælia, alias  
cædes. legiones duas, quod crudele est, post victoriam  
in angulum congregas contrucidauit, & proscriptionem  
commentut est. Aurelius Victor ad annū V.C.DCLXI.  
C. Marius (inquit) filius Præneste refugit, ubi per Lu-  
cretium Ofellam obfessus tentata per cuniculum fuga, <sup>De Vic. Illust.  
c. 68.</sup>  
cum omnia septa intelligeret, iugulandum se Pontio  
Telesino præbuit. C. Mario Prænestæ imperfecto Cornelius  
Syllæ Felicem editio appellauit. Sed qui attingat ad  
titulum Felicitatis nedum repertum est, & qui felix  
censi iure debuerit. Namque Cornelius Sylla di-  
ctus potius est quam fuerit Felix. solum certè beatū  
Cortina Aglaum iudicauit, qui in angusto Arcadiæ  
augulo

Solin c.7.vbi  
Ioa.Cameis.  
1.Bell.Ciu.  
angulo pauperis soli dominus, nunquam egressus pa-  
terni cespitis terminos inuenitur. Appianus, & Plu-  
tarchus hęc fuisse narrant. Et ille quidem de Maria-  
nis agens post amissam Setiam ad Sacriportum.

Kοπή ὄρδυνοι γὰρ εἰς Πρενεστόν ἔφεγον ἀπαντες εἰπομένες τὰ  
Σύλλα σὺν δέσμῳ· καὶ αἱ Πρενεστῖαι οὖν μὴ περάτες αὐτῶν  
εἰσεδίξασθε, Σύλλα δ' ὅπις μῆτρας Τίς σύλλας ἀπέκλεισθε, καὶ  
Μάριου παλωθίοις αὔριμοί θάσθε, &c. utq; Marium intra  
Præneste obsederit Sylla vallo, atque fossa e longin-  
quo oppidum ingens, præposito huic operi Lucretio  
Ofella, & vt fame laborantem Marium eximeret ob-  
sidione Prænestina Carbo collega miserit Marcium,  
cum octo Legionibus, deque Lamponio Telesino,  
& Gutta, & Damasippo, & Prænestinorum circum  
mœnia latis capitibus, vnde se dediderunt. Μαρία  
κατέδιψτε· εἰς Εὔφρης ἰστόνομας, καὶ μῆτρα Βεστή καὶ αὐγόν-  
τε· εἰωθεν, deque cede Prænestinorum: vt Sylla  
Κατηνίστιον ἀπαντᾶς, καὶ τὴν πόλιν διέπασε πολυχε-  
ματην εὐτιμάλιστα τεθέσα. ibidem fusissimè, vtque in-  
dulserit aliquibus χειρομοιρίαις, deque dicto Sylle ad ca-  
put Marij ἐρέτην δὲ τρῷα γενέσθε πορίν ποιμαλιας ἀπέκλεισθε  
quod disticho carmine ita vinxi,

*Ante Mari remum Romæ tractasse decebat*

*Quam clavum ignava vel tetigisse manu.*

Plutarchus de Marij filio, qui primum Martis, tum  
Veneris filiu appellatus est: vtque εἰς Πρενεστόν πα-  
πλεισθείστω Σύλλα, καὶ πολλὰ φιλοψυχίας μάρτιον ὡς λο-  
δίφυντα τῆς πόλεως ἀλισομένης ἀντος ἀνθενετονεν.  
rursus vt Marius iste victus Præneste fuga delatus,  
cum portas iam clausas offendisset, demisso ē muro  
funiculo alligarit se, atque ita eo receptus sit, vtque  
Samnis Telesinus properarit cū Lamponio Lucano  
ad eripiendum obsidione Marium. Σύλλας δὲ εἰς Πρε-  
νεστόν ἐλθὼν animaduertit primum cognita causā in  
singulis

singulos. deinde quasi non vacaret, cunctos vnum in locum contractos confici iussit, ad XII. millium numerum: vni hospiti concessit incolumentem, qui sanè quām generosè Syllæ dixit, nunquam se patriæ suæ homicidæ gratias aucturum, vnaque cum illis trucidatus fuit. Hoc facinus idē Plutarchus alibi reponit. <sup>1. de Rep.</sup>

O dñe Σύλλας, inquires, ξένος αὐτῷ ἀρετῆς καὶ χρήματος πολυτέλεος, διγενῶς ἐτρέπεται. Εἴπει γάρ εἰλικρίπτης Πρανεστός, οὐ Σύλλας ἔμηλε τοῦτον ἄλλος ἀπαντάς Διοσφάντειν, ἐν τῷ σκάνων ὥρᾳ δῆθε τὸν ξενίαν, εἰπὼν, ὡς εἰ βέλος σωτηρίας χάριν εἰδένει τὸν φονεῖ τὸν πατέρα, αὐτομάχειν ἔαντος, καὶ συνκατεκόπτη τοῖς πολίταις. At Sylla hospes simili virtute apud dissimilem usus virum, nobili letbo extremum visa diem consecit. Cum enim Prænestine capta statuisset oppidanos omnes Sylla interficere; at soli isti ob hospitiū usum parcere, tantum fatus, nolle se patriæ suæ interfectori salutis sua gratiam agere, permisit se popularibus, atque una cum illis peremptus est. Serui quoque fides emicuit. Consulem enim C. Marium, Prænestinæ obsidionis mirabilem exitum sortitum, cuniculi latebra frustrâ euadere conatum, leuique vulnere à Thelesino, cum quo commori destinauerat, perstrictum seruus suus, ut Syllanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit; cum magna præmia proposita videret, si eum victoribus tradidisset. cuius dexteræ tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus minorum protecta est: quia eo tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita erat, vt Valerius Maximus auctor est: cui consentit Epitomastes T. Liuij: Sylla C. Marium exercitu eius fuso deleto- <sup>1.6. c. 1.</sup> que ad Sacriportum, in oppido Prænestine obsedit, tum erumpere tentantem repulit, omnesquæ Prænestinos inermes concidi iussit. C. autem Marius <sup>1.12.</sup>

N PRA-

Praeneste obseesus à Lucretio Osella Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret euadere, septus ab exercitu mortem sibi consciuit in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere minimè posse, cum Pantio Thelesino fugæ comite stricto utrinque gladio concurrit, quem cum occidisset saucius impetrauit à seruo, ut se occideret. Succepsit & Diod. Siculus: Οὐδὲ Μάριος μαχητὴ τῆς Σύλλας γενάως ἀγωνίζεται μηδέ τὸν πόμων οὐ πιθαῖς κατέφυγεν εἰς Πρανεστήν ἄμα μυρίους ταντακισχιλίων. συβλαπθεὶς δέ τοι ἀντῆ, καὶ χρόνον ἐκ οὐλίγον τολμορυθτεῖς λειτουργητοῖς, ταῦτα ἀντόνεικα οὐλιπόντων, καὶ μηδεμίαν σωτηρίας οὐδὲν καθοργεῖται εἴνος οἰκέτες τῷ ποιητῶν χειραρχίας λύσιν τῷ δειγμῷ ταῦτα λῦν. καὶ ὁ γε παιδεῖς, ημία πληγῇ τῷ βίᾳ τοῦ δειπότης αὐτολλάξας ἑαυτὸν ὅπικατέσφαξε. Ioannes Columna ita prosequitur: Sylla Marium alterum (scilicet Marij filium) Praeneste persequutus obsecrit: qui longa obsecratione maceratus desperans ne in Syllæ potestatem venires, cum Thelesino Duce Samnitū mutua morte concurrit. dumq; violenter ipse in currentem currens manus attingere, circa vulnus suum manum percutientis hebetauit. Itaque cadente Thelesino & ipse leuiter vulneratus ceruicem seruo præbuit. Sylla autem post Marij necem ciuitate capta omnes Marianæ partis principes, qui ad ipsam confugerant, hoc est, Legatos, Quæstores, Praefectos, Tribunosque iussit occidi. Eadem ferè prodit Orosius: quamuis ipsum Marium sibi manus intulisse violentas Plutarchus, & Appianus suprascripti ve- lint! Adde his Velleum, Eutropium, Boccarium, licet filium cum patre confundat, Panuinum, Singtonium ad annum V.C. DCLXXI. Strabo Marium iuniorem periisse in uno è cuniculis Praenestes memorat. Praeneste oppidum opibus affluens maximis hostiliter direptum à Sulla: cuius ciues, quod Marij filium obnoxietati essent, quodquæ aduersus Sul lanos.

In Elog.  
237.Mar. Histor.  
Cod. Vat.  
4963. p. 157.E. S. C. 22.  
Ch. I.1. 2.  
3.  
1. 6. de Caſib.  
Virilliugr.  
In Festa.  
2.

Ianos fortiter pugnassent, fuere crudeliter, etiam si Vrbem suam, arma, & seipso dediderint, enecati; mulieribus tantum liberè, quo vellent abire, permisum. earum plurimæ Tibur, quod calamitatum minus acceperat, ut ad sacram arcem, cum filijs confugerunt, teste Regio. Vide Paræum, & Clauellum. Lucanus cladem istam deplorat & versu:

*Vidit Fortuna colonos  
Prænestina suos uno simul ense recisos.*

Ut superius Plinius narrat Romæ quidem non fuisse aurum, nisi exiguum longo tempore. certè cum à Gallis capta Vrbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. Ergo ut maximè duo tantum millia podo cū capta est Roma, anno CCCLXIV. fuere: cum iam capitum liberorum CLV. millia, quingenti LXXX. In eadem post annos CCCVII. quod ex Capitolinæ ædis incendio, cæterisq; delubris omnibus Marius filius Prænesti detulit tredecim millia pondo, quæ sub eo titulo in triumpho transtulit Syl-la, & argenti VII. millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo XV. millia, argenti pondo cētum & xv. millia. Frequentior autem usus, non antè Cn. Flauium Annij filium deprehendi-tur. Hic namque publicatis diebus Fastis, quos populus à paucis Principum quotidiè petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, & ipse Appiij cæci scriba, cuius hortatu excepérat eosdem consultando assidue sagaci ingenio, promulgaueratquè, ut Aedilis Annalis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis antè annis ho-fis fuisse, præteritis C. Petilio, & Domitio, quorum patres Consules fuerant.

1.3. Pempt. v.  
Medull. His  
1.2. Arpin.  
Ant.

1.3 c.r.  
natur. His